Caſus Papales Epiſcopales
⁊ Abbatiales

Primus caſus Papalis eſt i illo qui percutit enormiter Clericum: vt pbatur .xvij.q iiij.c· ſiquis ſuadente. Si autem eſt leuis percuſſio Epiſcopus abſoluit: vt in .c. peruenit de ſententia excommunicationis.

¶ Secũdus eſt in eo qui conburit eccleſias vel eas infringit: qui poſtq̃ denunciatus eſt abſolutio pertinet ad ſolum Papam. vt de ſen: exco. c. conqueſti. Item idem eſt de quocũq; alio incẽdiario ſi forte excõicetur vel publicetur: vt de ſen. exco. c. Tua.

¶ Tertius eſt in illo qui falſificat litteras S.d.n. Pape: vl' falſis ſcienter vtitur: de cri. fal. c. cura: ⁊ c. falſarioꝝ

¶ Quartus eſt in illo qui excommunicatus eſt a delegato Pape qui non poteſt abſolui per aliquem niſi per ſolũ Papam vl' delegatum Pape. de ſen. exco. c. Significauit.

¶ Quintus eſt in illo qui participat cum excõmunicato a Papa: qui nõ poteſt abſolui niſi per Papam: qd̕ intelligit̃ de participatione in crimine propter quod talis eſt excõmunicatus.

¶ Sextus eſt in illo qui participat in oſculo vel in alijs ei qui eſt excõmunicatus per Papam cum participantibus: quoniã iſte talis debet abſolui ab illo qui ſententiam tulit.

¶ Septimus eſt in clerico qui ſecundas nuptias benedixit. de ſe. nup. c. j. Sed an iſte caſ⁹ ſit papalis vl' epĩalis dubitãt multi.

¶ Octauus eſt in perſecutoribus Cardinaliũ: qui graues ⁊ multas penas incurrũt: vt habetur in. c. felicis. de. pe. li. vj.

¶ Nonus eſt in eo qui dat licentiã grauãdi eos qui tulerũt ſententiam excõmunictionis ſuſpentionis vel interdicti: vl' eos in ſuis pſonis vel bonis offenderint: vt de ſen. exco. c. qcũq;. li. vj.

¶ Decimus eſt in eo qui corpus defuncti incendit vel decoqt pro oſſibus tranſferendis. in extraua Boni viij. de teſt.

¶ Undecimus eſt in inquiſitoribus hereticoꝝ: ſi odio vel gratia amore vl' lucro contra iuſtitiam vel conſcientiam omiſerint contra quẽpiam pcedere: vel ipſam hereſim alicui imponere: vt habetur in Cle. de hereti. c. Multoꝝ.

¶ Duodecimus eſt de religioſis qui abſq; ſpeciali licētia ꝓochialis preſbiteri ſolemnizant matrimonia: aut miniſtrant ſacramenta: veluti eucbariſtie: aut extreme vnctionis. Sufficit tamē licētia parrochialis clerici: etiam ſi nondū eſt ſacerdos. Similiter etiam licentia illius vicarij qui gerit ordinariā curā illius eccleſie. Itē ſufficit licentia dioceſani: vt no. Jo. an. de priui. reli. in cle. Item excōicati ſunt religioſi qui excōicatos a canone abſoluunt in caſibus non conceſſis: aut abſoluunt a ſententijs ꝑ ſynodalia ſtatuta ſiue prouincialia premulgatis. aut abſoluūt a pena ꝛ a culpa: de penis. c. ſi quis in cle.

¶ Tredecimus eſt de perſecutoribus epoꝝ: vel qui eos faciūt exulari: ſeu procurant illos ad proſequendū: vel carceri tradunt aut qui precipiunt hoc fieri: vel tribuunt auxilium conſilium vl fauorem ad hoc faciendum.

¶ Decimuſquartus eſt de religioſis vel clericis inducentibus ad vouendum: vel promittendum: vel iurandum de eligēdo ſepulturam apud eos: ꝛ vltimam iam electam vlterius nō immutent: vt habetur in cle. de penis. c. cupientes.

¶ Decimuſquintus eſt de his: qui cogunt celebrari ſibi in loco interdicto: vel ad audiendum inuocant excōmunicatos vel interdictos: vel prohibent eis ne moniti exeant: ꝛ de illis qui moniti non exeunt: vt habetur de ſen. exco. c. grauis. in cle.

¶ Decimuſſextus eſt de his: qui ferūt ferrum arma ꝛ equos ad impugnandum chriſtianos: vel alia neceſſaria deferunt vel traſmittunt: ſeu galeas vel naues vendunt: vel in piraticis Saracenoꝝ nauibus gubernationem exercent: vel impendunt conſiliū vel auxilium in diſpendium terre ſancte: vt habetur de Jude. c. quorundam. ꝛ. c. liberandā. Et iſte caſus eſt papalis per extra. Boni viij. que incipit: Contra illos.

¶ Decimuſſeptimus eſt in piratis: qui ore papali excōmunicantur: vt no. Jo. an. in. c. excōmunicationum: de rap.

¶ Decimuſoctauus eſt de eo: qui abſolutus propter mortis articulum vel aliud impedimentū ab eo a quo alīs abſolui nō poterat ſi ceſſante impedimento non ſe preſentat cum ſe cōmode po‑

terit: et a quo prius abſolui debebat: in eadē ſententia qua ligatus prius erat ab homine: vel alias a iure reincidit ipſo facto: vt in.c.eos de ſen.exco. li.vj. Pone exemplū de alio predicamento videlicet vt egritudo: vel inimicitie capitales. vt no.glo.in.c. religioſo.de ſen.excō.li.vj. Et iſte caſus eſt Papalis: ſi talis abſoluendus erat a Papa.

¶ Decimusnonus eſt in abſoluto a Papa: vel eius penitentiario de ipſius ſpeciali mandato: qui ſe debet alicuius cōſpectui preſentare. Nam reincidit ſi hoc non faciat: vt in precedenti caſu dictum eſt in dicto.c.eos de ſen.excō.li.vj.

¶ Viceſimus Imperator Rex vel Princeps Dux Marchio vel Comes aut Baro: vel aliquis alius notabilis preeminentie dignitatis vel poteſtatis: Frater filius vel nepos ipſorum: qui ad terminū vel imperpetuum nominatur eligitur vel aſſumitur in Rectorem vel Senatorem vrbis Rome: quocūq; nomine vocetur ipſa Rectoria: et quicūq; alius qui vltra annum ad huiuſ regimen aſſumitur preter Sedis apoſtolice licentiā: omnes predicti in lrīs ipſius Sedis exprimendi: et conſentientes ſue nominationi electioni vel aſſumptioni: et eos taliter nominātes eligentes vel aſſumētes: et eis obedientes: auxiliū conſiliū vel fauorē dātes ſunt abſoluēdi per Papam: vt de elec.c.quod ſi quis.li.vj.

¶ Unde verſus

Per papam clericum feriens falſarius vrens:
Soluitur et quiſquis audet cantare ligatus:
Simon qui fuerit nec fallit regula talis.

¶ Nota tamen quod omnis percutiens clericū tenet viſitare Sedem apoſtolicam: vt patet per ſequentes verſus.

Percutiens clericum Romam petat excipiuntur
Ut puer atque ſenex egrotus femina pauper:
Et clauſtralis habens inimicos et oſtia ſeruans.

¶ Finiunt caſus Papales.

Incipit caſus Epiſcopales.

SCiant ſacerdotes ꝙ licet in priuata penitentia pro occul-
tis delictis regulare poſſint imponere penitentiã:vt habet
in.c.pbr̃i:xxvj.q.j Regulare eni eſt ꝙ ipſi cognoiſcere poſ
ſint de oībus criminibus occultis:vt in.c.ſi.peccauerit.ij.q.j.
Sũt tamen etiã certi caſus de quibus cognoſcere nõ poſſunt im
mo de talibus criminibus oportet eos neceſſario remitere con-
fitentes ſuos ad ſuperiorẽ Prelatũ ideſt Epiſcopũ Et iſti ca
ſus dicũtur.Epãles:z ſunt iſti qui ſequnt̃:quos nominat Ho
ſtienſi ſum.de pe.z re.§.iiij.v.cui confitendũ.Nota eos latius
Specula.in.iiij.parte circa fi.de pe.z re.§.vj.v.priuata autem.

¶Primus caſus Epiſcopalis eſt in illo qui cognouit carnali
ter monialem conſecratam vel nõ conſecratam virginem vel nõ
virginem:vel forte ſi mulier coiuit com religioſo dũ non ſit inlo
co ſacro quia tunc eſſet Papalis.

¶Secũdus eſt in eo qui verberat patrem vel matrem.ſ ex ca
ſu:ſed ſi ex certa ſcientia abſolutio ſpectat ad ſolum Papam.

¶Tertius eſt in eo qui deflorẽt virginem fraudulenter:ſed ſi
violenter malitioſe z vi abſolutio ad ſolum Papã ſpectat.

¶Quartus eſt in eo qui mortẽ Coniugi machinatur.

¶Quintus eſt in eo qui abutitur Criſmate vel eucbariſtia vel
alia re ſacra:aut facit furtum in eccl'ia.Et etiam in illo clerico
ex cuius negligentia hoc contingit.

¶Sextus eſt in eo qui baptizauit proprĩũ filium:vel eum ad
baptiſma vel confirmationem tenuit.

¶Septimus eſt in eo qui facit votũ caſtitatis:z poſt votuz con
trahit com aliqua vel aliqua com aliquo.

¶Octauus eſt in eo qui contrahit vel continet ſeu religionem
intrat in vita vxoris ſue poſt carnalem copulam.

¶Nonus caſus eſt in illo malefico q cõfitet̃ ſe credidiſſe here
tice prauitati.

¶Decimus eſt in ſimoniaco ſub quocũqz genere ſimonie fue-
rit ſimoniacus quo ad abſolutionẽ non quo ad diſpenſationem

que ad ſolum Papam ſpectat.

¶ Undecimus eſt in illo qui excommunicatus eſt ⁊ ſolenniter
celebrat in eccleſia quo ad abſolutionem.

¶ Duodecimus eſt in illo qui per ſaltum eſt promotus.

¶ Tredecimus eſt in eo qui ordinatur ab alieno Epiſcopo ſine
licentia ſui proprij Epiſcopi.

Decimuſquartus eſt in homicida ſiue in verbo ſiue in conſen
ſu vel ſe defendendo vel dormiendo vel ſi accidat furem vim
facientem vel ſi homicida fuerit infantis.

¶ Decimuſquintus eſt de cõmittente luxuriam in eccleſia ma
xime conſecrata.

¶ Decimuſſextus eſt in eo qui coit cum Judea vel Saracena

¶ Decimuſſeptimus eſt in muliere que concepit ex alio viro
⁊ vir ſuus credens eũ ſuum proprium filium eſſe inſtituit eũ here
dem ĩ alior̄ preiudicium ⁊ grauamen.

¶ Decimuſoctauus eſt in illo vel illa: qui vel que procurat abor
tum vel ſterilitatem ſiue in ſe ſiue in alia.

¶ Decimuſnonus eſt in eo qui excõicatus a Judice ⁊ Eccleſiã
exire renuit: ſed diuinum officium impediens.

¶ Viceſimus eſt in eo qui cõtrahit matrimonium poſt ſponſa
lia contracta cũ alia vel iuramento interpoſito in contractu.

¶ Viceſimuſprimus eſt in eo qui ſcienter celebrat in loco inter
dicto ſiue in publico ſiue in ſecreto.

¶ Viceſimuſſecũdus eſt in eo qui eſt ſortilegus videlicet in il
lo qui inuocat demones pro furtis vel mulieribus vel alijs re
bus: licʒ aliq̄ extendãt iſtũ caſum ad exñtes ĩ ſacris ordinibus.

¶ Viceſimuſtertius eſt in illo qui ſcienter ⁊ publice ſepelit cor
pus alicuius excõmunicati in cimiterio.

¶ Viceſimuſquartus eſt in illo qui excõmunicatus eſt a Cano
ne incaſibus in quibus ab Epõ poteſt abſolui.

¶ Viceſimuſquintus eſt in eo qui eſt in regularis.

¶ Viceſimuſſextus eſt in eo q̄ cõtraxit matrimoniũ clãdeſtine.

¶ Viceſimuſſeptimus caſus eſt in eo: qui eſt criminoſus pu
blicus vel blaſphemator.

¶ Uiceſimuſoctauus eſt ſi Epõs audiuit confeſſionẽ de aliquo peccato: inferior clericus non habet tale3 abſoluere: ſed debet ip ſum ad Epiſcopum mittere.

¶ Uiceſimuſnonus eſt de illo vel: illa qui vł que opprimit fili os ſuos ſtudioſe vel negligenter.

¶ Triceſimus eſt in eo: qui committit ſacrilegiũ vel incendiũ.

¶ Triceſimuſprimus eſt in illo qui committit crimen falſiſiue i litteris: ſiue in teſtimonio cõmiſſu3 Et qd dico de litteris in telligo nõ papalibus: quia ille caſus eſt papalis.

¶ Triceſimuſſecundus eſt in eo: qui violat Eccleſias ꝛ liberta tes ꝛ in munitates earum.

¶ Triceſimuſtertius eſt in eo qui cõmittit peccatum contra na turam: vt puta ſi vir virum cognoſcit: vel brutum: vel ſi ꝙ butiẽ membro mulieris ad hoc non cõceſſo.

¶ Triceſimuſquartus eſt in illo: qui cõmittit inceſtum: vt ſi co gnoſcat conſanguineam perſonam.

¶ Triceſimuſquintus eſt in illo: qui eſt periurus: l3 aliqui vo lũt illum extendere de periurio pueri: q eſt ĩfra ſacros ordines.

¶ Triceſimuſſextus eſt ð illo clerico: qui cognouit carnaliter il lam ꝙ3 baptiʒauit: vel illam cuius cõfeſſionem audiuit.

¶ Triceſimuſſeptimus eſt de illo: q excõicatus eſt ab epõ: qui non poteſt abſolui per aliquem inferiorem clericum.

¶ Triceſimuſoctauus eſt in illo: qui eſt vſurarius publicus.

¶ Triceſimuſnonus eſt in illo: qui celebrat miſſam in altari non conſecrato. vel ſi celebrat ſine indumentis ſacris vel ſi celebrat non ieiunus.

¶ Quadrageſimus eſt in illo: qui non reſtituit ablata vł ſubtra cta: vel alia illicite acquiſita.

¶ Nota ꝙ ſi Epiſcopus cõmittat alicui ſacerdoti vices ſuas in caſibus in quibus Epiſcopus habet poteſtatem: talis ſacer dos poteſt iuriſdictionem exercere in omnibus caſibus preter quinq3 qui ſequuntur.

¶ Primus eſt vbi penitentia ſolennis eſt imponenda.

¶ Secundus eſt quia ſacerdos nõ poteſt abſoluere ab excõmu

nicatione in caſu quo Epiſcopus poſuit limitationē: niſi ſpecialiter ei cōmittatur.
¶ Tertius eſt vbicunq; inuenerit irregularitatem contractā: tūc enim debet eum remittere ad Epm vel ordinarium.
¶ Quartus eſt de incendiarijs.
¶ Quintus ſi eſt de conſuetudine alicuius diocesis ꝙ certa crimina remittantur.

¶ Caſus in quibus habent diſpenſare Abbates.

Diſpenſant Abbates cū ingreſſo religionē: vt ad ordines in monaſterio ⁊ eccleſijs ſubiectis monaſterio promoueantur. ſic no. do. Ho. de fil. preſ. in gloſa que incipit: Ac nota. ⁊ in tex. ſatis probatur in. xv. vbi monachi ⁊c.
¶ Diſpenſant Abbates cū monachis ſui monaſterij circa eſuꝫ carniū: vt de ſta. mo cū ad monaſterium. ⁊ de conſe. di. v. carnem.
¶ Diſpenſant Abbates cū monacho vel conuerſo profeſſo cōſtituendo ſibi cellam ſpecialem. xx. q. vlti. monachum.
¶ Diſpenſant Abbates cum monacho: qui ſuum ordinem receperit furtiue: de eo qui fur. or. rece. cum. b.
¶ Diſpenſant Abbates monachum licentiando vt ad aliam religionem tranſeat: de regu. licet. vel ad equalem iuſta de cauſa. Ad minorē nō poſſet. Et ita debet intelligi decre. ⁊ no. de hoc de regu. non eſt. in glo. que incipit: Et merito.
¶ Diſpenſant Abbates cū monacho qui eſt excōicatus pro iniectione manuū in clericū violenta ſe fecit ordinari propter ius ſm ꝙ traditur de ſen. excō. cū illoꝝ: in fi.
¶ Diſpenſant Abbates cum monacho: qui mutauit habitum ⁊ in alio monaſterio ſine licētia ſui Abbatis fuit ordinatus: ⁊ no. per di. Hoſt de tempo. or. ex. parte. in glo. que incipit: Ideo.

¶ Finiunt caſus Papales Epiſcopales ⁊ Abbatiales.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE